



65

THIS BOOK BELONGS TO
ST. MARY'S COLLEGE,
OSCOTT, BIRMINGHAM.

Press

Shelf

Number

XXIV.

H

50

C.VII. N^o. 39



B

Alessandi Pollini.



ERYCI PVTEANI
PECVNIAE
ROMANAE
RATIO:


Facillimo ad nostram calculo
revocata,

In gratiam Iuventutis.



LOVANIÏ,
EX OFFICINA RIVIANA

MDCCLXX.



Illustrissimis Fratribus
PETRO ET STANISLAO
DANILOWICZ
DE ZVROW,

Illustrissimi V. NICOLAI DA-
NILOWICZ DE ZVROW,
*Supremi Po'oniae Thesaurarii,
Semboriensis, Bielecensis, Dro-
bicensis Czerwonogrodensis, &c.
Capitanei* FILIIS,

ERYCIUS PVTEANVS S. D.



PECUNIA
quàm alienus
sum, tam li-
benter vete-
rem illam, &
præcipue Romanam trado:
non cumulandi studio, sed
sciendi. Sic verò & liberalis

A 2 esse

esse possum, si numerem, nec
 possideam; si lustrem, nec
 constipem. Ponite calculum:
 Docere hîc largiri est, & qui
 sic donat, nunquã exhauritur.
 imò discere hic ditari est; &
 qui sic accipit, verè obligatur:
 accipit thesauros, qui perpe-
 tui sunt, nullúmque fortunæ
 imperium sequuntur: the-
 sauros, quos ferre è Patriæ
 incendio nunc etiam Philo-
 sophus possit, & vacuus ni-
 hilominùs ire. Ut rem di-
 cam: computabimus cum
 Romanis Asses, Sestertios,
 Aureos, & cum Sapientibus
 contemnemus: habebimus,
 & à cingentibus liberalita-
 tem vitiis alieni erimus, A-

varitiâ & Profusione. Vestra hæc etiam in hac ætate virtus est, & velut à Parente, incorruptissimo potentia integritatisque exemplo, derivata. Summi estis, & majoris Doctrinam, quam Pecuniam facitis: optimi estis, & in eo toti, uti utilissimi Reipublice evadatis. Hinc Litteris insudare, & linguam ingeniumque excolere, suavissima vobis ferix: unus hic scopus studiorum, Pacis Bellique artes generoso labore complecti: scire, quicquid tam multi hodie magnique cum publico damno nesciunt. Inter hæc igitur & P E C U N I Æ R O M A N Æ R A T I O,

A 3 atque

atque cognitio est, magna
 Hiltorię nec nō Antiquitatis
 pars: quam nuperrime Taci-
 ti causā explicatam, oculis
 nunc vestris, & sic omnium
 subjicio. Semel faciendum e-
 rat, ut res peregrinitate suā
 difficilis difficultatem exue-
 ret, obscura caliginem, mole-
 sta tœdium. Ad summam,
 quicquid in calculis & ratio-
 nibus præcipuè spectari so-
 let, secutus sum: an assecu-
 tus, vestrum erit iudicium.
 Valete. Lovanii, in Arce,
 Postrid. Kalend. April. ∞.
 lxx. xx.

IN-

INDEX
CAPITVM

CAPVT I.

*Origo Pecuniae apud Romanos, V-
sus, Discrimen.*

CAPVT II.

De Pecuniâ Aereâ.

CAPVT III.

De Pecuniâ Argenteâ.

CAPVT IV.

De Pecuniâ Aureâ.

CAPVT V.

Supputatio Aëris.

CAPVT VI.

Supputatio Argenti.

CAPVT VII.

Sestertii in rationes ducti.

INDEX

CAPVT VIII.

Sestertia ad calculos reuocata.

CAPVT IX.

Supputatio Sestertiorum Adverbialis.

CAPVT X.

Supputatio Auri.



ERYCI PVTEANI 9
PECVNIAE
ROMANAE
RATIO,

Facillimo ad nostram calculo
revocata.

CAPVT I.

*Origo Pecunia apud Romanos, Vsus,
Discrimen.*



ENTIVM mo-
rem etiam Ro-
mani secuti, res
omnes metalli
pretio aestimâ-
runt. Nihil uti-
lius ; sed nihil
quoque damno-
sius fateare. Etenim postquam re-
jectâ Permutatione, uni cœperunt
Pecuniæ obnoxia cuncta esse, cupi-
ditas laxata est, omnibûsque ut pa-
teret vitiiis animus, avaritiam admi-
sit.

fit. Plinii verba sunt: *A nummo prima est origo avaritia excogitata, qua stuoſa ſænore ſegnitia.* Vires, ut ſic dicam, æri, argento, auro datæ, quibus fas ſuccumberet nefasque, & quicquid in rebus eſt humanis. Sed abuſum nolo perſequi: uſum laudo. Vnius Pecuniæ beneficio commercia vigent, bella geruntur, pax floret, vita agitur, vivunt omnia. Prima in Nomine varietas eſt, hominumque bonum promiſcuè Romanis **PECVNIA, NVMMVS, MONETA** appellata. **PECVNIA**, quia pecudis notam principiù referebat, à Servio Rege, & quidem imitatione Græcorum, ſignata. Plinius lib. xxxiii. cap. iii. *Servius Rex primus ſignavit AEs. Antea rudi uſos Roma Timaus tradit. Signatum eſt notâ pecudum, unde & Pecunia appellata.* Varro tamen altiorem cenſet, & à Paſtoribus originem eſſe. Fortaſſis quia opeſ olim in pecudibus, & quicquid unusquiſque poſſidebat Pecuniæ vocabulo

cabulo fuit. Huc igitur respexit Ser-
 vius, & simplicissimam Antiquitatē
 aureo signavit. N V M M V S à Græ-
 cistanquam νόμμος; etsi Latinum è
 Suetonio Suidas faciat, & à Numā
 derivet. Pollucem hīc audio, lib.
 IX. cap. VI. ὅδ' ἐ νόμμος δοκεῖ μὲν εἶναι
 ῥωμαίων τῶ νόμα τῶ νόμισμαλος ἐστὶ δὲ
 ἑλληνικὸν τῶν ἐν Ἰταλίᾳ & Σικελίᾳ Δω-
 ρίων Nummus videtur quidem Roma-
 num numismatis nomen; sed est Græcum,
 eorum qui in Italiā & Siciliā Dorcs ha-
 bitarunt. Nititur verò auctoritate
 Epicharmi, & Aristotelis: quorum
 ille, ἐν λαῖς χύτραις, aliquoties νόμ-
 μος nominat. hic, ἐν τῇ παραλήσει πο-
 λιτεία testatur, νόμισμα νόμμοι appel-
 lati, insignitum Tarentis effigie, Ne-
 ptuni Filii, delphino insidentis.
 Νόμμος igitur à νόμος, quemadmo-
 dum & νόμισμα. A lege enim, ut Ari-
 stoteles ait, vim pretium que capit.
 ΜΟΝΕΤΑ à monendo: Signo e-
 nim in metallum impresso, pretium,
 auctorem, tempus indicat. Antea
 rudo

rude metallum erat, ἱπιοθεν μεγεθη, & σαθυω, ut Aristotelis verba uir-
 pem; *magnitudine & pondere definitum.*
 Nota accessit, τῆ ποσὶ σήμεϊον, & ut
 labor siue molestia metiendi atque
 ponderandi cessaret. A Monetâ Tri-
 um viri Monetales, qui Pecuniæ flan-
 dæ feriundæ Præfecti erant. Sed &
 pari origine Iuno Moneta. *Bello*
namque Tarentino, ut Suidas narrat,
adversus Pyrrhum, cum Pecuniâ Roma-
 ni egerent, votum Iunoni fecerunt. Re-
 spondit Dea, si integra inter arma iusti-
 tia esset, Pecuniam non defuturam. Voti
 compotes, Iunonem colere Monetam cæ-
 perunt, facto quoque decreto, ut in eius
 fano nummi cuderentur. Satis est nomi-
 nis: in re **PRETIUM**, & **SUP-
 PUTATIONEM** considero. Pre-
 tium Materiâ, Supputatio Modo &
 Usu constituta est, formulisque suis
 distincta. Materia olim, & apud a-
 lios alia; ne luteos, scorteos, ferreos
 nummos persequar: apud Romanos
Æs, Argentum, Aurum.

CAPVT II.

De Pecunia Aerea.

PRIMA ex Aere pecunia, & à Servio Tullio signata: jam tum Regina, quia à Rege; & rebus omnibus imperatura, licet à seruo. Conditionem suam aut Fortunam jaçent mortales, hîc nemo liber est; & æreis istis vinculis ligari, suave quisque putat. Ecce à Rege & Romano hæc servitus, & magis quoque in ipsâ libertate coli cœpit. Cum Horatio dicam:

*Imperat aut seruis collecta pecunia
cuique,
Tortum digna sequi potius, quàm
ducere funem.*

Sanè Aëris nomen pro quavis portea Pecuniâ: unde *AEs alienum, Obvolutus, AErarium*. Vlpiani verbis, *etiam Aureos nummos AEs dicimus*. Seneca lib. v. De Beneficiis: *AEs alienum habere dicitur, & qui Aureos detest.* Ex Aere igitur *As*, & partes *Assis*.

sis. Hæ quatuor: *Semissis, Triens, Quadrans, Sextans*. As, etiam *Assis*, omnino tanquam *Æs*: interdum *Assarius*, *Ἀσσάριον*, *Assipondium, Libra*. As enim, scribente Varrone, lib. IV. De L. L. erat *libra pondus*. Vnde & signum. An adjicio? *Dupōdius à duobus ponderibus, quòd unum pondus Assipondium dicebatur*. A librâ autem *Asses Librales*, quales illi Serviani passim citati, & appendi soliti. Hinc *expensa* in rationibus, *Compendia, Dispendia, Impendia, Dependere, Dispensator, Pensio*, de quibus Varro. Vetus item formula, *Per AEs & libram emere*: id est, per Assem & libram. Libripendes enim sive Pensatores adhibiti. A librâ etiam hoc pondere, *Æs grave* dictum. Verè *Grave*; quia bajulari magis sollet, quàm ferri; in humeris, non in Zonâ: sanè crumenam pendentem è collo gerebant. unde *Decollare* de Pecuniâ, quæ deponitur, exponitur perit. Hinc & stipari *Æs* solitum, curiosè Varro docet, & sic *Stipem* vocant.

cari: AEs quoque Stipem dicebant. nam quòd Asses libra pondo erant, qui acceperant majorem numerum, non in arcâ ponebant, sed in aliquâ cellâ stipabant, id est componebant, quò minus loci occuparet. A stipando igitur Stips; & quia pendebatur, Stipendium. Stipulari quoque & Restipulari dicitur, qui Pecuniam alligat. Non mansit verò hæc gravitas: qui initio librales, Sextantarii facti, ex unoASSE seni, bello Punico secundo. Deinde Vnciales, ex unoASSE duodeni, bello Punico tertio. Denique Semiunciales, lege Papiariâ, ex unoASSE vigintiquatuor. Plinius lib. xxxiii. cap. iiii. Libra autem pondus aris imminutum bello Punico primo, cum impensis Respublica non sufficeret, constitutumque, ut Asses Sextantario pondere ferirentur. ita quinque partes facta lucri, dissolutumque as alienum. Postea Annibale urgente. Q. Fabio Maximo Dictatore, Asses Vnciales facti. placuitque Denarium xvi. Assibus permutari, Quinarium Octonis, Sesterium

Qua.

*Quaternis. Mox lege Papiriâ Semium-
ciales Asses facti . Monetæ hujus si-
gnum Ovidius lib. i. Fast. exprimit,
& ad Saturni in Italiam adventum
refert:*

*At bona Posteritas puppim signavit
in ære,*

*Hospitis adventum testificata Dei.
Distinctè Plinius, lib. xxxiii. cap.
iii. Nota aris fuit ex alterâ parte Ia-
nus Geminus , ex alterâ rostrum navis.
in Triente verò & Quadrante rates.*

*Partes Assis , uti è Festo colligi-
tur, à Tarquinio Superbo signatæ, Se-
mis, Triens , Quadrans, Sextans.*

*Semissis Varroni lib. iv. De L. L.
quali Semias, id est dimidium Assis . I-
dem lib. ix. Dicimus eandem rationem
habere Assem ad Semissem, quam habes
in argenti libella ad sembellam. Martia-
lis lib. xi. Epigrammate cvi.*

*Mittebas Libram, Quadrantem Gar-
rice mittis:*

*Saltem Semissem Garrice, solve mihi.
Hinc Semissis homo , vix Semisse
æsti-*

æstimandus. Vatinius ad Ciceronem
*Simius, non Semissis homo contra me
 armatus.* Crinitus lib. 1. cap. XIII.
 De Honestâ disciplinâ, à Semisse et-
 iam Semissios esse dictos arbitratur,
 Tertulliani loco inductus, in Apo-
 logetico: *Sarmentitios & Semissios ap-
 pellatis, quia ad stipitem dimidii assis re-
 vincli sarmentorum ambitu exuritur.*
 Verùm hic legendum esse *Semaxios,*
 & ad *Stipitem dimidii axis* liquet.

TRIENS, Eidem Varroni *ter-
 tia pars Assis.* Iuvenalis Sat. III.

— *Nec habet quem porrigat ore
 Trientem.*

QUADRANS, quarta pars Assis,
 quemadmodum & hoc vocabulum
 Plutarchus alibi reddit. priùs Triun-
 cem vocatum à tribus uncis Pli-
 nius indicat: has enim contine-
 bat. Apud Iuvenalem Sat. VI. est,
Quadrante lavari. Balneum enim, ut
 cùm Seneca dicam Epist. LXXXVII.
res Quadrantaria erat. Quadrantem
 vero & Trientem Ratitum quoque

dicebant. Festus : *Ratitum Quadrantem dictum putant, quod in eo & Triente raris fuerit effigies, ut navis in Asse.* De Plumbeo controversia est, quem fuisse Quadrantem plerique censent; hoc potissimum argumento, quia & hic & ille pro Sportulâ, sive mercede diurnâ Anteambulorum à Martiali ponitur. Quadrans, lib. x. Epigr. LXXIV.

— *Saluator*

*Anteambulones & rogatulos inter
Centum merebor Plumbeos die toto.*

Plumbeus, lib. x. Epigram. LXXV.

*Sportula nos junxit Quadrantibus
arida centum.*

Quid dicam? non statam ac perpetuam hanc mercedem fuisse; sed diversâ potius pecuniâ & ratione estimatam. Nam apud eundem Poëtam, lib. ix. Epigr. CIII. tres Denarii nominantur.

Denariis tribus invitae, & manè rogatum

Observare jubes atria, Basse tua.

Tres

Tres Denarii hîc Quadrantes centum viginti. Præterea invitandi verbum arbitriam Sportulam indicat. Quadrantes igitur dictos magis fuisse Plumbeos arbitror, quàm fuisse. Nulla enim apud Romanos Pecunia è plumbo : sed Plumbea per contemptum, quasi vilis; quæ & Nigra moneta eidem Poëtæ, lib. 1. Epigr. C.

*Toto qua semel apparas in anno,
Nigra sordibus explices Moneta.*

Eodem tropo vina Plumbea, & mala plumbea, apud eundem. Quemadmodum autem viles Nummi, Plûbei: ita fictitii, Lupini: Horatius:

*Nec samen ignorat, quid discent ara
lupinis.*

Atque hoc erat aurum illud Comicum; imò aurum maceratum apud Plautum Pœnulo, Act. III. Sc. II.

*Macerato hoc pingues fiunt auro in
Barbariâ boves.*

SEXTANS, sexta pars Assis, Trientis dimidium. Livius lib. II.

de Menenio: *Extulit eum plebs, collatis in capita Sextantibus*. Pariter Plinius lib. xxxiii. cap. x. *Agrippa Sextantes Aëris in funus contulit.*

Æstimatione monetæ nostræ As vel Decima, vel Decimasexta pars Regalis est, quæ admodum Denarii fuit.

CUM DECIMA, Semistuferum nostrum valet; Galli Grossum, Itali Solidum appellant. Decies enim hæc sumpta Regalem constituunt. Ergo,

Semissis, Quartam partem Stuferi, quæ nobis corrupto inde vocabulo **Quint.**

Triens, Sextam partem Stuferi,
Quadrans, Octavam partem Stuferi, sive Novenarium, een **Regemecken.**

Sextans, Duodecimam partem Stuferi.

Verum, cum AS DECIMASEXTA Denarii pars est, Quartam partem Stuferi nostri, & Seminovenarium valet. Decies enim Sexies hæc sumpta Regalem constituunt. Ergo,

Semissis, Nouenarium & Quartam partem Novenarii.

Cæteræ Assis partes suo sic pretio & proportionem æstimandæ: quibus nostra omnis hodie pecunia major est.

CAPVT III.

De pecuniâ Argenteâ.

ILLECTI Ære Romani, facile
 ad Argentum traduci potue-
 runt. Pecunia placuit: quidni &
 Nummus? Puriori jam paullatim
 metallo avaritia digna fuit, & in
 compendium opes deducendæ e-
 rant, quia creverant. Ad plebem Af-
 ses, & onera: noluit ultrâ nisi Ar-
 gento manus nobilior inquinari.
 Sed nec plenum usum Pecunia ha-
 buit, nisi condi jam & abscondi pos-
 set, quæ stipari solebat, & in oculis
 esse. Latere igitur cœpit, ut insidiis
 obnoxia esset: custodiri cœpit, ut
 furta nascerentur. Quando? si Pli-
 nio credimus, lib. xxxiii. cap. iii.
*Populus Romanus ne argento quidem
 signato ante Pyrrhum Regem devictum
 usus est. Distinctius etiam? Argentum
 signatū est anno Urbis cccc. lxxxv.
 Q. Ogulnio & C. Fabio Coss. quinque
 annis ante primum bellum Punicum. Ac-
 cedunt*

cedunt alii : abit Varro , qui apud
 Carifium lib. 1. Institutionū, Num-
 mum Argenteum conflatum primò
 à Servio Tullio tradit. Sed quacum-
 que origine , Nummus ex Argento
 Triplex fuit, DENARIVS, cujus no-
 ta, ut ait Volufius, ifta, X, & partes
 Denarii QVINARIVS, V, SESTER-
 TIVS, HS, LIBELLA, SEM-
 BELLA, TERVNCIVS.

DENARIVS, ut cum Varrone
 dicam, *quòd denos AERIS valebat*, id
 est Altes. Plinius lib. xxxiii. cap.
 iii. *Placuit Denarius pro X. libris AE-
 ris. Sic Solipater lib. 1. Apud Anti-
 quos Denarium decem Asses habuiffe,
 ideòque in rationibus faciendus Denari-
 um decuffi inducto notamus. Quia Bigis
 Quadrigifve infignitus, etiam Biga-
 tus atque Quadrigatus dici cœpit. Pli-
 nius : Nota argenti fuere Biga atque
 Quatriza, & inde Bigati Quadrigati-
 que dicti. Sic Festus: Nummi Quadri-
 gati & Bigati à figurâ calaturæ dicti.
 Et simpliciter Argentum ; pondere*

& pretio par Drachinæ Atticæ ; in quo Auctores fere consentiunt. Crevit autem jam tum à Bello Punico II. Argenti æstimatio , atque Denarius Sedecim Assium fuit , auctis pari ratione Quinario, Sester-tioq; . Vitruvius lib. III. cap. I. Plinii clara verba sunt lib. XXXIII. ca. III. *Asses unciales facti , placuitque Denarium XVI. Assibus permutari, Quinarium octonis, Sestertium Quaternis. Ita Respublica dimidium lucrata est . Et quomodo dimidium? Quia Denarius sedecim Assium, in Sextantariis xxxii. habebat Vncias, in Vncialibus XVI. Totidem igitur factæ lucri. Sed Denarium Sedecim Assibus æstimatum, Milites quoque apud Tacitum I. Annal. ostendunt, conquesti, Denis in diem Assibus animum & corpus æstimari . Ergo levamentum petere, ut singulos Denarios mererent, sive, ut Dio , δραχμῶν ἡμερησίων. Quippe hac ratione leni Asses diurno Stipendio accessuri erant.*

Mansit hæc æstimatio, & frustra sunt, qui reductâ censent Volusius: *Nunc Denarius sedecim, Victoriatus & Quinarius octo, Sestertius quatuor Asses valet. Idem: Posteaquam in sedecim Asses Denarius distributus est, denarivatio expeditius confici cæpit.*

QUINARIUS rationem Denarii sequitur, ejusque dimidium est. Dicitur Varroni, quod quinos æris valebat. Passim & Victoriatus, à signo. Plinius: *Qui nunc Victoriatus appellatur, lege Clodia percussus est antea enim hic Nummus ex Illyrico advectus, mercis loco habebatur. Est autem signatus Victoriâ & inde nomen. Pretium à quinis ad octonos Asses surrexit. quemadmodum è Plinio dixi.*

SESTERTIUS in maximo usu, Quinarii dimidium; etiam Nummus $\alpha\lambda' \epsilon\zeta\omicron\chi\iota\nu$, & Sestertius Nummus $\alpha\lambda' \epsilon\pi\epsilon\zeta\eta\nu\omicron\nu$. Sestertius autem Varroni, quod Semis tertius. Dupondius enim & Semis antiquus Sestertius est. Quali dicas, è duobus Assibus

bus cōstare & tertii semisse. Eodem loquendi modo, ut adnotavit Volu-
sius, in legibus xii. tabularum, *duo pedes & semis Sestertius pes nominatur.*

A primâ institutione manfit no-
men, & aucto ad quatuor Asses pre-
tio adhæsit. Ita Plinius, aliique. Ad-
jungo legem xxxvii. Cod. De Do-
nationibus: *Verba superflua, qua in
Donationibus poni solebant; scilicet, Se-
stertii, nummi unius, Assum quatuor,
penitus esse rejicienda censemus.*

LIBELLA, quæ & *Libella ar-
genti*, Decima Denarii pars, ejuf-
dem cum Asses pretii, quamdiu De-
narius Decem Assibus permutatus.
Libella autem, ut as libra. Plautus
Captivis:

*At ob eam rem mihi libellam pro eo
argenti ne duis.*

Hinc *ad libellam debere* Ciceroni pro
Roscio, quod aliis *ad Asses*.

SEMBELLA quasi semilibella,
vigesima Denarii pars.

TERVNCIVS Sembellæ dimi-
dium,

dium , quadragesima Denarii pars.
 Plautus Captivis: *Neque ridiculos jam
 Teruncii faciunt.* Sed hæc de Libellâ,
 Sembellâ, Teruncio, Varro confir-
 mat, lib. IV. De. L.L. *Nummi Denarii
 decuma libella, quòd libram aris valebat,
 & erat ex Argento parva. Sembella,
 quòd sit Libella dimidium, ut Semis Af-
 sis. Teruncius à tribus unciis, Sembella
 quod valet dimidium, & est quarta pars
 Libella, ut Quadrans Assis. Quod au-
 tem Varro ait, Libella libram AEris
 valebat, item, erat ex Argento parva,
 referendum ad ea tempora, quibus
 Denarius Decem Assium erat.*

Æstimatione verò Monetæ nostræ Denarius Regalem valet.

Quinarius, Stoterum, five Semiregalem.

Sestertius, Braspenarium, five Semistoterum, qui est Stuferus & quarta pars Stuferi.

Libella, Semistuferum.

Sembella, quartam partem Stuferi.

Teruncius, octauam,

CAPVT IV.

De Pecuniâ Aurâ.

ARGENTO jam quoque for-
descebant digiti, *decidua*, ut
cum Plinio dicam, *materia*, & in
Nummis mundities Auri placuit :
placuit color igneus, & tanquam
cælo derivatus. Vt ubique dies esset,
hæc facula accenta : & toto quæsi-
tum orbe hoc metallum, ut in pecu-
niæ quoque luxum iufficeret. Ergo
Quam Avaritia terram Virginem
reliquit? Suffossa passim, & violata,
sterilescere coacta est. Eadem & flu-
mina necessitate exarvère; Tagus in
Hispaniâ, Padus in Italiâ, Hebrus
in Thraciâ, Pactolus in Asiâ, Gan-
ges in Indiâ. Vicit Naturam cupidi-
tas hominum, ac ne sivit quidem li-
beralem esse. Posterorum tandem
sive felicitas, sive infelicitas ab a-
lieno Orbe pependit. Sed nos de
Romanis dicamus : Amârunt au-
rum ; sed plus tamen argento usi
sunt,

sunt , tanquam evilesceret pecunia,
 cùm jam minima esset. Quid dicam?
 maculari manus maluerunt , quàm
 non impleri . Desinat igitur mirari
 Plinius , *populum suum victis gentibus
 in tributo semper Argentum imperitasse,
 non Aurum:* cùm major esset Au-
 ro Avaritia, Argento extingui de-
 buit. Percussus tamen Nummus est
 Aureus, anno , ut Plinius adnotat,
 XII. post Argenteum: & simpliciter
 AVREVS appellatus, vel etiam AV-
 REOLVS: quam deminutionem
 Martialis amavit, non uno in loco:
 nos uno contenti simus, lib. XI. E-
 pigr. XXVIII.

— *Centum Aureolos sic velut Ara-
 roget.*

Sextulam dictam esse Isidorus docet,
 lib. XVI. Originum cap. XXIV. quòd
 de iis sex Vncia compleatur . Deinde:
*Sextula bis assumpta Duellum facit, ter
 posita Staterem reddit . Stater autem
 medietas uncia est, appendens Aureos
 tres, & vocatur Stater quòd tribus So-
 lidis*

lidus flet. Aureus igitur & *Solidus* appellari cœpit, sed serò, & postquam in partes divisus est. Solidus, quia nihil illi deesse videtur, ut placet Isidoro. *Solidum enim Antiqui integrum dicebant & totum.* Νομισματος nomen idem ille adjungit, & suo modo explicat, pro eo quod nominibus Principum effigiebúsque signetur.

Partes igitur Solidi SEMISSIS & TREMISSIS. Semissis, dimidium Solidi, sive integri; Tremissis, tertia ejus pars. Cogitabat & *Quartarium* Alexander Severus inducere, scribete Lampridio, atque hoc Nummo vectigal definire, quod sub Helio-gabalo ad Solidum increverat: verùm hanc immutationem ratio Ærarii passa non est. In Aureo pondus pretiúmque expendendum est, Pondus Pliniano illo tempore duarum Drachmarum erat, sive unius Sicilici; quemadmodum examine exploratúm est. Pretium viginti quinque Denariis æstimatum est; ergo
Quin.

Quinquaginta Quinariis, Centum Sestertiis. Dio Cassius lib. LV. χρυσῶν γὰρ δὴ καὶ ἐγὼ τὸ νόμισμα τὸ τὰς πέντε καὶ εἴκοσι δραχμὰς διαμένον κατὰ τὸ ἐπιχέρριον ὀνομάζω. *Aurum enim & ego nummum illum, qui valet Drachmas xxv. pro communi more appello. Sed nolo Scriptorum calculos cumulare. Didymi apud Priscianum locus peculiaris est, & dignus exprimi: Τα δὲ χεῖλια σιτηρία ποιεῖ διακοσία πενήκοντα δηνάρια ἀργύρια, δέκα δὲ χρυσᾶ: Mille Sestertii faciunt CCL. Denarios Argenteos, x. verò Aureos. Inverto: Decem Aurei faciunt Mille Sestertios: ergo Aureus unus Sestertios Centum. Item: Decem Aurei faciunt Ducentos quinquaginta Denarios; ergo Aureus unus Denarios Vigintiquinque.*

Æstimatione Monetæ nostræ Aureus vigintiquinque Regalibus computatur: totidem enim antiquitus Denarios valuit.

CAPVT V.

Supputatio AÆris.

Ex Ære, Argēto, Auro qui Nummi fuerint, & quo pretio, ostendi. Vfus superest, & supputandi modus, pari jam ordine dicendus. Frustra enim Pecunia, nisi numeretur. Sed nec ulla suavior hominibus occupatio est, quàm & suam & alienam arcam ad calculos reuocare. Nos hîc igitur quicquid Romani possederunt, Æs primum est, & inde Assium ratio, ac numeratio duplici modo crescit, secundùm duplex Denarii pretium, siue Denis, siue Senisdenis Assibus computatum. Alterum minus & antiquum fuit, alterum majus, & bello Punico secundo inductum. Vt priùs igitur computem

PRETIUM ANTIQVVM,

As quando Decima Denarii pars est, Decima quoque Regalis nostri censetur, estque *semistuferus*.

Dussis vel Dupondius, Bini Æris, Duo Asses, *Quincta pars Regalis,*

lis, Stuferus.

Tressis, vel Trepondius, Terni
Æris, Tres Asses, *Sesquistuferus*.

Quatrussis, Quaterni Æris, Qua-
tuor Asses, 2. *Stuferi*.

Quinctussis, Quini Æris, Quin-
que Asses, 2. *Stuferi cum dimidio, sive*
Stoterus.

Sextussis, Seni Æris, Sex Asses,
3. *Stuferi*.

Septussis, Septeni Æris, Septem
Asses, 3. *Stuferi cum dimidio*.

Octussis, Octoni Æris, Octo As-
ses, 4. *Stuferi*.

Nonussis, Noveni Æris, Novem
Asses, 4. *Stuferi cum dimidio*.

Decussis, Deni Æris, Decem As-
ses, *Regalis, sive 5. Stuferi*.

Vicessis, Viceni Æris, Viginti As-
ses, 2. *Regales, sive 10. Stuferi*.

Trigessis, Trigemi Æris, Trigin-
ta Asses, 3. *Regales sive 15 Stuferi*.

Quadragesis, Quadrageni Æris,
Quadraginta Asses, Florenus, sive
4. *Regales*.

Quin-

Quinquagessis, Quinquageni Aëris, Quinquaginta Asses, *Semiphilippicus*, sive 5. Regales, Florenus & 5. Stuferi.

Centussis, Centeni Aëris, Centum Asses, *Philippicus*, sive 10. Regales. qui sunt 2 Floreni & 10. Stuferi.

Centussi autem, ut Varro ait, *maius Aëris vocabulum non erat*. Ergo deinceps,

Duceni vel Ducenteni Aëris, Ducenti Asses, 2. *Philippici*, sive 5. Floreni.

Treceni, vel Trecenteni Aëris, Trecenti Asses, 3. *Philippici*, sive 7. Floreni cum Dimidio.

Quadringeni, vel Quadringenteni Aëris, Quadringenti Asses, 4. *Philippici*, sive 10 Floreni.

Quingeni, vel Quingenteni Aëris, Quingenti Asses, 5. *Philippici*, sive 12 Floreni cum Dimidio.

Mille Aëris, Mille Asses, 10. *Philippici*, sive 25. Floreni.

Dena Millia Aëris, quæ, scribente

Livio, olim Divitiæ, 100. *Philippici*,
sive 250. *Floreni*.

Centum Millia Æris, 1000. *Phi-*
lippici, sive 2500. *Floreni*.

Decies Centena Millia Æris, vel
concisè Decies Æris, 10000. *Philipp.*
sive 25000. *Flor.*

Centies centena Millia Æris, vel
iterū concisè Centies Æris, 100000.
Philipp. 250000. *Flor.*

Millies Centena Millia Æris, vel
concisè Millies Æris. 10000000.
Philipp. 250000000. *Flor.* Sed ut ad-
jungam

PRETIUM MINVS ANTIQVVM,

As cūm Decimasexta Denarii
pars, *Decima quoque sexta Regalis est*,
Quarta pars Stufferi, & Seminovenari-
us.

Duffis, *Octava pars Regalis, sive*
Semistufferus & Novenarius, quem
Semibrassennarium dicimus.

Tressis, *Semistufferus cum Quadrante,*
qua Blanca nobis, & Sesquinovenario.

Quatrullis, Stuferus cum Quadrante, sive Brassennarius.

Quinctullis, Sesquistuferus cum Seminovenario.

Sextullis, 2. Stuferi, Novenario minoris.

Septullis, 2 Stuferi, & Sesquino-venarius.

Octullis, Semiregalis, sive Stoterus.

Nonullis, Stoterus cum Quadrante Stuferi, & Seminovenario.

Decullis, Stoterus & Semibrassennarius, sive 3. Stuferi & Novenarius.

Vicellsis, Regalis & Brassennarius.

Trigellsis, 9. Stuferi, Quadrans, & Novenarius.

Quadragesis, 2. Regales & semis.

Quinquagesis, 3. Regales, & Semibrassennarius.

Centullis, 6. Regales, & Brassennarius, sive Sesquiflorenus & Brassennarius.

Duceni Aëris, Philippicus, & 2. Regales cum dimidio, sive 3. flor. & Stoterus.

Treceni Aëris, Sesquiphilippicus, 3.

C 2 Regales,

Regales, & Sesquistorerius, sive 4. floreni

2. Regales, 4. Stufferi, Quadrante minus

Quadringeni, 2. Philippici & Semis

sive 25. Regales, qui sunt 6. floren. 5. St.

Quingeni, 3. Philippici, Regalis &

Braspennarius, sive, 31. Regal. & Bras

pennarius, qui sunt 7. floreni 16. Stufferi

cum Quadrante.

Mille Æris, 6. Philippici, 2. Regale

& Semis, sive, 15. floreni, 12. Stufferi cum

dimidio.

Dena Millia Æris, 62. Philippici &

Semis, sive 156. floreni, 5. Sufferi.

Centum Millia, 625. Philippici, sive

1562. flor. cum dimidio.

Decies Centena Millia, 6250 Ph

lippici. sive 15625. flor.

Centies centena millia, 62500

philipp. 156250. flor.

Millies Centena Millia, 625000

Philipp. 1562500. flor.

CAPVT VI.

Supputatio Argenti.

I NTER Æs Aurumque Arger

ti pependit usus, numerandi r

tion

tione potissimum variatus. Placuit hæc molestia, non molestia: & ut scires laboriosè acquiri Nummos, sic quoque computari debuerunt. Sestertii sunt, & scrupos suos sive ambages habent: Denarius Quinariúsque simplici calculo absolvuntur: quemadmodum à Livio, li. XL I. *Tulis in eo Triumpho Denariùm CCC. VII. Millia, & Victoriatùm (hi Quinarii) LXXXVII. Millia, ICCCII.* Et alibi.

SESTERTIARIA autem Supputatio triplex est, *Masculina, Neutra, Adverbialis*. Masculina singulos nummos Sestertios significat: Neutra, singula Millia: Adverbialis, singula Centena Millia. Sic differunt, *Decem Sestertii, Decem Sestertia, Decies Sestertiùm*. Decem Sestertii, Decem Nummi sunt, qui singuli olim Du-Asse & Semissem valebant, postea Quatuor. Decem Sestertia, Decem Millia hujusmodi Nummorum. Decies Sestertiùm, Decies Centena

Millia . sic tamen ubique Sestertii sunt : summæ tantùm excrescentes breviori , & sic mutatâ formulâ expressæ . Nam Sestertii , ad Mille Sestertiûm erant: singula deinde Millia , Sestertiûm numerata , vel tot Sestertia , erântque Duo Sestertia , Duo Millia Sestertiûm , sive Nummûm : tanquam bis Mille Sestertii: ut hinc etiam *Duo Sestertia Nummûm* dixerint , quasi Duo Milla eorum Nummûm , qui Sestertii appellantur . Hæc verò Millia ad Decies Centena Millia sic computata sunt , quæ simpliciter *Decies* efferebantur: & sic *Vndecies* , *Duodecies* , ad *Millies* usque , aut siquid ultrâ . Ergò si pretium spectemus , tâtùm Sestertii sunt: Sestertius est , sed cumularus ; quem sic quoque Seneca notat , Epistolâ *xcv.* *Qua maxima inter vos habentur , divitia , gratia , potentia , Sestertio Nummo astimanda sunt . Hoc nescis , nisi constitutionem ipsam , quâ ista inter se astimantur , inspexeris .* Sed nunc ordine
 tripli.

triplicem illam numerandi Ratio-
nem, Masculinam, Neutram, & Ad-
verbialem recenseo.

CAPVT VII.

Sestertii in Rationes ducti.

SESTERTIVS Nummus quar-
ta Denarii pars. Pondere, non
æstimatione Argenti ad nostram
Monetam referendus. Pondus man-
sit, æstimatio aucta: & nonne fieri
hodie solet? Quatuor autem Sester-
tii Regalem nostrum Argenteum
constituunt, imò Denarium consti-
tuunt, sive ille Decem olim, sive
Sedecim Assium fuit. Regalis hodie
pars quarta, nobis *Brassennarius*, ipse
hic Sestertius, & hoc pretio nume-
randus.

Duo Sestertii, sive Nummi, sive
Sestertii Nummi, *Semiregalis*, sive
Stosterus noster, 2. *Stuferi cum dimidio*.

Tres Sestertii, 3. *Brassennarii*, sive
1. *Stuferi* & 3. *Quadrantes*.

Quatuor Sestertii, *Regalis*, sive 5.
Stuferi.

C 4

Quin-

Quinque Sestertii, Regalis & Brassennarius, sive 6. Stuferi cū Quadrante.

Decem Sestertii, 2. Regales & Semis, sive 2. Stuferi cum dimidio.

Viginti Sestertii, 5. Regales, sive 1. Florenus 5 Stuferi.

Triginta Sestertii, 7. Regales & Semis, sive Florenus 7. Stuferi, cum dimidio.

Quadraginta Sestertii, 10. Regales, sive 2. Floreni, 10 Stuferi

Quinquaginta Sestertii, 12. Regales & Semis, sive 3. Floreni, 2. Stuferi cum dimidio.

Centum Sestertii, 2. Philippici & Semis sive 25. Regales, qui sunt 6. Floreni 5. Stuferi.

Ducenti Sestertii, 5. Philippici, sive 50. Regales, qui sunt 12. Floreni, 10. Stuferi.

Trecenti Sestertii, 7. Philippici & Semis, sive 75. Regales, qui sunt 18. Floreni, 15. Stuferi.

Quadringenti Sestertii, 10. Philippici, sive 100. Regales, qui sunt 25. Floreni.

Floreni.

Quingenti Sestertii, 12 Philippici
& Semis, sive 125 Regales, qui sunt 31.
Floreni, 5. Stuferi.

Sexcenti Sestertii, 15 Philippici,
sive 150 Regales, qui sunt 37. Floreni,
10 Stuferi.

Septingenti Sestertii, 17 Philippici,
& Semis, sive 175 Regales, qui sunt 43.
Floreni, 15 Stuferi.

Octingenti Sestertii, 20 Philippici,
sive 200 Regales, qui sunt 50 Floreni.

Nongenti Sestertii, 22 Philippici
& Semis, sive 225 Regales, qui sunt 56.
Floreni, 5. Stuferi.

Mille Sestertiūm, vel Nummūm,
non Sestertii, 25 Philippici, sive 250.
Regales, qui sunt 62. Floreni, 10 Stuferi.

DEINCEPS VERŌ varietas erat, vel
enim eodē Genere & Modo numerabāt,
vel diverso. Eodem Duo Millia Sester-
tium, vel Nummūm. Et simpliciter
Duo Millia, Tria Milia Sestertiūm,
vel Nummūm, & Tria Millia. sic Qua-

tuor, Quinque, Decem, Centum Millia.
Mox Ducenta, Trecenta, Quadringen-
ta, Quingenta, Sexcenta, Septingenta,
Octingenta, Nongenta, Millia Sester-
tiũm vel Nummũm, & simpliciter
Ducenta, Trecenta &c. Sestertiũm,
 non verò *Nummũm*. Tum *Decies*
Centena Millia, breviusque, *Decies*
Centena, brevissimè, *Decies*. Item
Centies Millies. Atque hæc Adver-
 bialis illa Supputatio, quæ tertium
 locum occupat. Sed, ut istuc rede-
 am, illæ de Eodem Genere & Mo-
 do formulæ paucis obiter exemplis
 confirmandæ sunt. *Quinque millia*
Sestertiũm Cicero dixit, Actione v.
in Verrem: Facta est sponsio Sestertiũm
quinque Millibus. Quadringenta Num-
mũm Plinius, lib. VIII. cap. XLII. A-
sinum CCCC. Nummũm emptũ Q. Axio
Senatori, aucler est Varro. Ducenta
Millia Suetonius, Nerone: Funeratus
est impensâ Ducentorum Millium.

Diverso autem Genere & Modo,
 creber vsus pro Masculino hîc Neu-
 trum

trum usurpavit, à Mille Sestertiûm
ad Decies Centena Millia per Se-
stertia Supputatione ductâ.

CAPVT VIII.

Sestertia ad calculos revocata.

DELICIAE Romani sermo-
nis sunt, & facili errore con-
taminari solent. Ecce *Mille Sesterti-
iûm*, non *Mille Sestertii* dicuntur :
cùm tamen tot Sestertii sunt, quot
ab uno ad Mille numerentur. Sed
hîc præ adjectivo substantivum pla-
cuit, & ut regimen suum Mille sin-
gularè in plura obtineret : Quâ et-
jam formâ *Mille hominum*, *Mille an-
norum*, *Mille passuum*, venustè apud
optimos Scriptores usurpantur. Lu-
cilius etiam inflectere ausus est :

*Tu Milli Nummûm poses uno quare
Centum.*

Id est, ut A. Gellius explicat lib. I.
cap. XVI. *Vni Mille Nummis*, *Centum
Millia*. ubi notandum & *Mille Num-
mûm*, & *Mille Nummos* dici, Sester-
tios

tios non dici. Nummum à Lucilio,
 Nummos à Gellio. Priorem formu-
 lam è Cicerone confirmo, Oratione
 VI. in Antonium : *Itane Ianus Me-
 dius in L. Antonii clientela est ? quis
 unquam in illo Iano inventus est, qui L.
 Antonio Mille Nummum ferret expen-
 sum?* Posteriores è Martiale, lib. x.
 Epig. LXXV. Totum adscribo, ut dis-
 crimen Generis simul notetur.

*Millia Viginti quondam me Galla po-
 poscit,*

*Et fateor magni non erat illa nimis.
 Annus abit, Bis Quina dabis Sester-
 tia, dixit:*

*Poscere plus visa est, quam prius,
 illa mihi.*

*Iam Duo poscenti post sextum Millia
 mensam,*

*Mille dabam Nummos, noluit ac-
 cipere.*

*Transferant bina forsam, trineve Ka-
 lenda,*

Aureolos ulsro Quatuor ipsa petit.

*Hic Millia viginti, sunt Viginti Mil-
 lia*

lia Sestertiũm, vel *Viginti Sestertia*.
 Contrà, *Bis Quina Sestertia*, sunt
Decem Millia, hve *Decem Millia Se-*
stertiũm. Deinde, *Duo Millia*, sunt *Duo*
Millia Sestertiũm, vel *Duo Sestertia*.
 Tandem *Mille Nummi*, sunt *Mille*
Sestertiũm. In Supputatione igitur
 hætenus habuimus Sestertios, nunc
 mutato Genere Sestertia : Nimirum
 quia ad Mille peruentum est, cre-
 scientem cumulado calculo summam
 ad simplices iterum numeros loquẽ-
 di breuitas duxit ; & quot jam Se-
 stertia, tot Sestertiũm Millia erant.
 Etenim *Duo Millia Sestertiũm*, & *Duo*
Sestertia pari pretio habita : *Tria Mil-*
lia, & *Tria Sestertia* : *Quatuor Millia*,
 & *Quatuor Sestertia*, usque ad Mille.
 Rectè omnia : quemadmodum hiul-
 cum esset *Millia* & *Sestertia* jugi stru-
 cturâ efferre . Martialis illud Epi-
 gramma prorsus ad rem est ; sed pon-
 dus ab hoc Ciceronis loco capiet,
 Actiõne v. in Verrem : *Sestertiũm*
Ducenta Quinquaginta Millia iussu
Prato-

Prætoris data. Et mox de eâdem Pecuniâ: Numerantur illa *Sestertia Ducenta Quinquaginta Syracusanis.* Ecce quæ ibi *Millia Sestertiûm* sunt, hîc *Sestertia.* Et sic ubique Sestertii singulos indicabant, Sestertia tot Millia. Supputatio hunc in modum producta est.

Bina Sestertia, Duo Millia Sestertiûm, sive Nummiûm, 50. *Philippici, sive 500. Regales, qui sunt 125. Floreni.*

Terna Sestertia, Tria Milla Sestertiûm, 75. *Philippici, 750. Regales, 187. Floreni cum dimidio.*

Quaterna Sestertia, Quatuor Millia Sestertiûm, 100. *Philippici, sive 1000. Regales, qui sunt 250. Floreni.*

Quina Sestertia, Quinque Millia Sestertiûm, 125. *Philippici, sive 1250. Regales, qui sunt 312. Flor. 10. Stuferi.*

Dena Sestertia, Decem Millia Sestertiûm, 250. *Philippici, 2500. Regales, 625. Floreni.*

Vicena Sestertia, Viginti Millia Sestertiûm, 500. *Philippici, sive 5000. Regales,*

Regales, qui sunt 1250. Flor.

Tricena Sestertia, Triginta Millia Sestertiûm, 750. *Philippici, sive 7500.*

Reg. qui sunt 1875. Flor.

Quadragesima Sestertia, Quadragesima Millia Sestertiûm, 1000. *Philippici, sive 10000. Reg. qui sunt 2500. Flor.*

Quinquagesima Sestertia, Quinquaginta Millia Sestertiûm, 1250. *Philippici, sive 12500. Regal. qui sunt 3125. Flor.*

Centena Sestertia, Centum Millia Sestertiûm, 2500. *Philippici, sive 25000. Regal. qui sunt 6250. Flor.*

Quingentesima Sestertia, Quingenta Millia Sestertiûm, 12500. *Philipp. sive 125000. Regal. qui sunt 31250. Flor.*

Et sic Sexcentena, Septingentesima, Octingentesima, Nongentesima. Post hæc, quia Nongentesima Sestertia erant Nongenta Millia Sestertiûm, relicto Neutro ad Masculinum Formula rediit, nec jã *Mille sestertia*, sed *Decies Centena Millia Sestertiûm* dici obtinuit, qui tot erant Sesterti,

& Aduerbialis locutio usurpata.

CAPVT IX.

Supputatio Sestertiorum Adverbialis.

APVD Antiquos Romanos non fuisse numerum ultra Centum Millia, Plinius notat, lib. xxxiiii. ca. x. Itaque & hodie, inquit, multiplicantur hac, ut Decies Centena Millia, aut sapius dicantur. Dicta in Nummis: quia enim Mille millia Sestertiūm non leges; sic nec Mille Sestertia. Ergo Decies Centena Millia Sestertiūm, vel Decies Centena Millia, vel Decies Centena, vel Decies Sestertiūm, vel etiam Laconicā ratione Decies. & sic quidem frequenter, teste Plutarcho in Antonio: Ἐὼν φίλων τινὶ μυριάδας ἐκέλευσε πέσει καὶ ἑκασι δοῦναι. τῆτο Ῥωμαῖοι Δεκίης καλῶσι: *Amicorum cuiusdam Viginti quinque Myriades dari iussit: hoc Romani Decies dicunt.* Viginti quinque Myriades, Drachmarum Myriades sunt: & Drachmæ Denarii. Ergo Ducenta Quinquaginta Milliā Denariūm, sive Decies Centena

tena Millia Sestertiūm. Eadem brevitate Martialis lib. I. Epig. CIV.

*Aut virve, aut Decies Scavola redde
Deis.*

Et dixerat eodem Epigrammate,
*Si dederint Superi Decies mihi Mil-
lia Centum.*

Sic igitur & *Vicies*, & *Centies*, & *Millies*. Sed ab Adverbis hūc insolens sermonis ratio & inflexio, usu tamen confirmata; quā Declinari Genitiuus pluralis Sestertiūm, per casus singulares cœpit. *Hoc Decies Sestertium, Hujus Decies Sestertij, ab hoc Decies Sestertio.* Tacitus lib. II. Annal. de Fontei Agrippæ Filiâ: *Casar quamvis posthabitam Decies Sestertii dote solatus est.* Idem lib. III. *M. Piso exulâ dignitate, & accepto Quinquagies Sestertio in decem annos relegaretur.* Varro non alienus, lib. VIII. De L. L. *Vt hoc Mille, hujus Mille; sic hoc Decies, hujus Decies.* Hinc jam igitur supputemus.

Decies Sestertiūm, sive Decies,

D

25000.

a. p.

25000. Philipp. sive 250000. Regal. qui sunt 62500. Flor.

Vndecies Sestertiûm, 27500. Philipp. sive 275000. Reg. qui sunt 68750. Flor.

Duodecies Sestertiûm, 30000. Philipp. sive 300000. Regal. qui sunt 75000. Floreni.

Tredecies Sestertiûm, 32500. Philipp. sive 325000. Reg. qui sunt 81250. Flor.

Quaterdecies Sestertiûm, 35000. Philipp. sive 350000. Reg. qui sunt 87500. Flor.

Quindecies Sestertiûm, 37500. Philipp. sive 375000. Regal. qui sunt 93750. Flor.

Vicies Sestertiûm, 50000. Philipp. sive 500000. Regal. qui sunt 125000. Flor.

Trecies Sestertiûm, 75000. Philipp. 750000. sive Regal. qui sunt 187500. Flor.

Quadragies Sestertiûm, 100000. Philipp. sive 1000000. Regal. qui sunt 250000. Flor.

Quin-

Quinquagies Sestertiũm, 125000.
Philipp. sive 1250000. Regal. qui sunt
312500. Flor.

Centies Sestertiũm, 250000. *Phi-*
lipp. sive 2500000. Regal. qui sunt 625000.
Flor.

Millies Sestertiũm, 2500000. *Philipp.*
sive 25000000. Regal. qui sunt 6250000.
Flor.

Decies Millies Sestertiũm, 25000000.
Philip. sive 250000000. Regal. qui sunt
62500000. Flor.

Centies millies Sestertiũm,
 250000000. *Philipp. sive 2500000000.*
Regal. qui sunt 625000000. Flor.

CAPVT X.

De Supputatione Auri.

AVRVM faciliũs numeres quàm
 æstimes: ratio pretium sequi-
 tur, in Nummis singulis computan-
 da. Ergò Bini, Terni, Quaterni,
 Quini, Deni, Viceni, Centeni, Mil-
 leni sunt, & paruo cumulo ingen-
 tem summam constituunt.

Vnus Aureus, C. Sestertii, xxv.
Denarii, *sive totidem hodie nostri Regales.*

Duo Aurei, CC. Sestertii, L. Denarii.

Tres Aurei, CCC. Sestertii, Lxxv. Denarii.

Quatuor Aurei, CCCC. Sestertii, C. Denarii.

Quinque Aurei, 10. Sestertii, Cxxv. Denarii.

Decem Aurei, ∞. Sestertiūm, CCL. Denarii.

Centum Aurei, x. Millia Sestertiūm, ∞. ∞. 10. Denarii.

Mille Aurei, C. Millia Sestertiūm, xxv. Millia Denariūm.

Centum Millia Aureorum, Centies Sestertiūm, xxv. Centena Millia Denariūm.

Decies Centena Millia Aureorum, Centies Millena Millia Sestertiūm, Ducenties Quinquagies Centena millia Denariūm. Sed hæc raro sic computata, & occupari Argento

avaritia

avaritia Romana maluit; tanquam & hoc satis Majestas staret. Hinc quæ apud alios Aureis, apud alios, Nummis sive Sestertiis computata invenies. De Orhone Suetonius:

Quoties cenâ Principem exciperet Aureos excubanti cohorti viritum dividebat. Tacitus lib. 1. Historiarum: *Cohorti excubias agenti viritum Centenos Nummos divisos esse* Contrâ Tacitus xi. Annal. à Claudio pretium Advocationis constitutum usque ad Denâ Sestertia. Ulpianus leg. 1. De extraordinariis cognitionibus, *pro singulis causis, usque ad Centum Aureos.*

Hæc Æris, Argenti, Auri Ratio est, faciliùtque numerandi constitui modus potuit, quàm habendi. Cræsus, aut Crassus sis licet, si avarus est animus, nullo numero satiatur. Sed aliis inopia, alijs copia gravis est; & cum necessitate homines, aut cupiditate luctantur. Quærunt omnes divitias, ne miseri sint; sed expleri nequeunt, ne felices sint.

*Quis modus argento, quid fas apra-
re, quid asper*

Vtile Nummus habet,

Sapientia ostendit. Sapientiæ tamen
pars est, scire Pecuniam, quâ Ro-
mani usi sunt, potentissimique fuê-
re; & supputare, quâ non ditior ipse,
sed doctior evadas. Hunc æstimavi
thesaurum; &, ne avarus essem, pu-
blici juris feci.

I N

ÆS, ARGENTVM, AVRVM
ROMANORVM.

ÆRE rudi primos numeravit Roma
thesauros:

Ærea dum virtus, Aurea Roma fuit.

Mollior Argenti succedens vena, viriles

Diffolvit mores: Ærea Roma fuit.

Ast Auro postquam vitiorum copia crevit,

Incidit in Scoriam: Ferrea Roma fuit.

Ferrea, sed fragilis, venientibus apta ruinis.

Ut caderet, nimias accumulârat opes.


F I N I S.

N U M E R I
R O M A N I,
N O S T R I S E X P R E S S I.

V N V M,

I.  I.

Q V I N Q V E,

V.  5.


D E C E M,

X.  10.

Q V I N Q V A G I N T A,

L.  50.


C E N T V M,

C.  100.


Q V I N G E N T A,

D.  500.


M I L L E,

CD.  1000.

Q V I N Q V E M I L L I A,

LD.  5000.

D E C E M M I L L I A,

CCLD.  10000.

Q V I N Q V A G I N T A M I L L I A,

LCCD.  50000.

C E N -

CENTVM MILLIA,
CCCLV. ————— 100000.

QVINGENTA MILLIA,
L. ————— 500000.

DECIES CENTENA MILLIA,
CCCLV. ————— 1000000.

Ita hi quidem numeri, sed Latinè scribuntur: imò & Barbarè. An magis ostendo?

Vnum, simplici notâ, 1. & sic omnes infra Denarium.

Decem, duabus 10. & sic omnes infra Centenarium.

Centum, tribus, 100. & sic omnes infra Millenarium.

Mille, quatuor, 1000.

Decem millia, quinque, 10000.

Centum millia, sex, 100000.

Qui deinceps sunt numeri, adverbialiter:

Decies centena millia, septem notis, 1000000. vulgò Mille millia, sive Millio.

Centies centena millia, octo, 10000000. vulgò, Decies Millena millia, sive Decem Milliones.

Millies centena millia, novè, 100000000. vulgò, Centies millena millia, sive Centum Milliones.

Decies millies centena millia, decem, 1000000000 vulgò, Millies millena millia, sive Mille Milliones.

Centies millies centena millia, undecim,
 1000000000. vulgò; *Decies millies millena
 Millia sive Decem milia Millionum*

Millies centena millia millies, duodecim,
 10000000000. vulgò *Centies millies millena
 millia, sive Centum milia Millionum.*

Decies millies centena millia millies, tre-
 decim, 100000000000. vulgò *Millies millies
 millena millia, sive mille milia Millionum.*

Centies millies centena millia millies,
 quatuordecim, 1000000000000. vulgò, *De-
 cies millies millies millena millia, sive Decies mille
 millia Millionum.*

Millies millies centena millia millies,
 quindecim, 10000000000000. vulgò, *Centi-
 es millies millies millena millia, sive Centies mille
 millia Millionum.*

Vt directio autem hîc quædam sit, & ex-
 peditam numerator viam ineat, vestigia hæc
 signo. In grandiori omni summâ primæ
 quinque notæ virgulâ separandæ sunt: dein-
 cepsternæ quæque.

$$1 / 000 / 000 / 000 / 00000.$$

Prima ecce virgula Centena millia indicat:
 secunda, Millies centena millia: tertia, mil-
 lies centena millia millies: quarta, millies
 millies centena millia millies. Atque hanc
 rationem omnes numeri sequuntur. Exem-
 plo uno contenti simus:

$$1 / 234 / 567 / 891 / 23456.$$

Etenim 1 / Millies millies centena millia
 millies continet: 234 / Ducenties trigesies
 quater millies centena millia millies. 567 /

Quin-

Quingenties sexagies septies millies centena millia: 891 / Octingenties nonagies semel centena millia: 23456 / Viginti tria millia quadringenta quinquaginta sex.

S A T I S sic ista, & tædet prosequi. Nam Arithmetica mea, Astronomica, Cosmographica, aliæque hujus notæ, quæ aliquando scripti, furto mihi nuper ablata sunt. Tantum ausus dyscolus quidam è frigidiorè plagâ, qui ut sibi malus esset, mihi iniquus, malè de te, Lector, mereri voluit. An hoc solum ejus crimen sit, nescio: etenim ut Musarum hanc sedem desereret, fugit.

APVD GRÆCOS

N V M E R A N T V R,

CHALCON, *Obolus, Drachma, Mina, Talentum, Stater.*

CHALCON ut est apud Iul. Pollucem, octava pars Oboli; unde *Dichalcon* quarta, *Trichalcon* utriusque illius pretium.

OBOLVS, sexta pars Drachmæ, sive Denarii: unde *Diobolon, Triobolon, Tetrobolon*; Duo, tres, quatuor Oboli.

DRACHMA, cætesima Minæ: unde *Didrachmon, Tridrachmon, Tetradrachmon*, duæ, tres, quatuor Drachmæ.

MINA, Sexagesima Talenti.

TALENTVM autem communiter pro Attico, & ab Æginæo, Euboico, Babylonico, aliisque distingui solet,

SVNT

PECUNIÆ R. RATIO 91

SVNT IGITVR,

In Talento LX. Minæ, vi. Millia Drachmarum. xxxvi. Millia Obolorum. Sestertia. xxiv.

In Minâ c. Drachmæ, 1000. Oboli. Sestertii cccc.

In Drachmâ vi. Oboli. Asses antiquo pretio x. postea xvi.

In Obolo, Octo Chalca. Asses ii. & ii. Septantes, si denis Drachmam Assibus æstimas: vel Assis i. & ii. Septantes, si Senisdenis.

STATER, sive *Aureus*, variè à Regibus appellatus, & hinc *Semistater Semiaureus*. Pretium ad xxv. quoque Drachmas deductum est, par Romano.

APVD HEBRÆOS

VSVM ET PRETIVM HABENT

Gerah, Sécel, Mánech, Cicar,

Ex interpretatione D. Hieronymi,

Obolus, Siclus, Mina, Talentum.

GERAH, sive Obolus, vigesima pars Sicli. Exodi cap. xxx. & Ezech. cap. xlv.

SECEL, sive Siclus, qui & Argenteus, & Stater Argenteus, Sexagesima Minæ, xx. habet Obolos. Ibi dem.

MANEH, five Mina, centesima Talenti, LX. habet Siclos. Ibidem.

CICAR, five Talentum, IV. Talentis Atticis par, C. habet Minas. Iosephus lib. III. Iud. Antiq. c. VII.

S V N T I G I T V R,

In Talento, Hebraicâ ratione, C. Minæ (malè interpretes L.) VI. Millia Siclorum, CXX. Millia Obolorum: Græcâ, IV. Talenta Attica, XXIV. Millia Drachmarum: Latinâ, totidê Denarii, five, XCVI. Sestertii.

In Minâ, Hebraicâ ratione, LX. Sichi. ∞. CC. Oboli: Græcâ, CCXL. Drachmæ: Latinâ, totidem Denarii, five C ∞. LX. Sestertii.

In Siclo, Hebraicâ ratione, XX. Oboli: Græcâ, IV. Drachmæ, (malè interpretes Didrachmum:) Latinâ, totidem Denarii, five XVI. Sestertii: nostrâ, *Florenus*.

In Obolo, Græcâ ratione, Obolus Atticus, & quinctâ par Oboli: Latinâ, III. Asses cum Sextante, & quinctâ parte Sextantis: nostrâ, *Suiferus*,

In

In Pecuniam Antiquam
ab Amplissimo v.

ERYCIO PVTEANO

Nouz comparatam.

MILITIS *Ausonii nuper Sti-*
pendia fabrè

Eruit è tricis ruderibúsq; suis,
Squalorem hinc veteris limat scoriám-
que MONETÆ,

Nostratem ad trutinam χρῆμα-
τα prisca trahens,

Pluráque quotidie doctis oracula libris

Et labris GRVDIA Phæbus ab
ARCE tonat.

Huc igitur celera gressus, hinc elice ve-
rum,

Quem fors antiqua dant dubium
salebra.

DELIVS à Delphis nam transmigravit
Apollo ;

Cortinam & tripodem DILIA
noſter habet.

FR. MELCHIOR DARLNEMIVS
August.

ERYCIUS PVTEANVS V. A.
Stilo & ingenio cum Romanâ
Urbe comparatus.

ROMA potens opibus: tu mente ani-
môque. Sed illa

Non contenta suis: tun'PVTEANE
tuis?

Omnia cum tenuit, nequicquam plura cu-
pivit:

Tu cum cuncta scias, plura tenere po-
tes?

Sic tamen absimilis Roma. nam condidit
illa

Quas cumulâr at opes: promis at ipse
tuas.

PETRVS IACOBÆVS
LOÖDONENSIS.

CENSURA.

HANC Romanæ Pecuniæ rationem, Historiæ & Antiquitatis lucem non immeritò dixeris; quæ cum nihil habeat quod offendat, sed quod suaviter afficiat, ad Cognitionis Antiquitatis uberiores fructum utiliter prodibit in publicum.

GVILIELMVS FABRICIVS, *Apostolicus & Archiducalis Librorum Censor.*

CVM PRIVILEGIO
PRINCIPALI.

E R R O R E S

pecuniarum Ratio; non patitur.

Pag. 18. lin 9. L R G R Plumbea, l. 14.
Quadrans. Pag. 66 L 12, 1000000. l. seq.
2500000. Pa 69. l. 21. Duos. Pag. 73. l. 23.
& 24. Nummum: & simpliciter, Duo
millia. Item, Triamillia Pag. 74. l. 4. Nō-
gentamillia. lin. 18. Quadringenta mil-
lia Nummum. l. 19. cccc. Millibus
Nummum (ita enim explendus hic lo-
cus) amptum.





82. 62933

SPECIAL 82 B

2738

GETTY CENTER LIBRARY

